

iuribus et pertinenciis suis donacioni apostolice reseruamus, districtius inhibentes eidem episcopo, ne de beneficio ipso interim eciam ante acceptacionem eandem, nisi postquam ei¹⁾ constiterit, quod tu vel procurator predictus illud nolueritis acceptare, disponere quoquomodo presumant²⁾, ac decernentes exnunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Non obstantibus, *se videre SD 5177 t. o. m. 'mencio specialis' med var. e, f—f, g—g, i, n, o, p—p.* Nulli ergo etc. nostre reseruacionis, inhibicionis et constitucionis infringere etc. Datum Auinione VI kalendas iulii anno septimo.

In eodem modo venerabili fratri . . . archiepiscopo Rigensi et dilectis filiis . . . preposito ac . . . decano ecclesie Lincopensis salutem etc. Vite ac morum etc. vsque specialis. Quocirca mandamus, quatenus vos vel duo aut vnus vestrum per vos vel alium seu alios huiusmodi beneficium per nos, vt premittitur, reseruatum, si dicte reseruacionis nostre tempore vacabat vel extunc vacauit aut cum vacauerit, eidem Petro post acceptacionem huiusmodi cum omnibus iuribus et pertinenciis suis auctoritate nostra conferre²⁾ et assignare curetis, inducentes ipsum Petrum vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem beneficii ac iurium et pertinenciarum predictorum et defendentes inductum sibi que facientes de ipsius beneficii fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus et obuencionibus vniuersis integre responderi. Non obstantibus omnibus supradictis, seu si dicto episcopo vel quibusuis aliis communiter vel diuisim a prefata sede indultum existat, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencio- nem, contradictores auctoritate nostra etc. Datum vt supra.

Rubricellen tr. i Arbusow, II. Römischer Arbeitsbericht, s. 550, n. 139.

¹⁾ 'eis' med 's' borttaget genom underprickning. ²⁾ Sic.

5187.

1348 juli 15.

Avignon.

Clemens 6 beviljar en supplik av Richardus Hennichini, präst i Strängnäs' stift, om kyrkoherdebefattningen i Kvillinge i Linköpings stift, vilkens årliga avkastning uppges icke överstiga femtio guldfloriner och vilkens siste innehavare Andreas Fr~~ati~~ati, magister in artibus, avlidit vid kurian. (Jfr efterfölj. bulla, SD 4347 och 5302.)

Vatik. ark. Reg. Supplic. 17, f. 161 (viii^{xxi}) r.

Supplicat sanctitati vestre deuotus vester orator Richardus Hennichini, presbyter Strenginensis diocesis, quatenus sibi specialem gratiam facientes de ecclesia curata in Quillinge Lincopensis¹⁾ diocesis vacante in curia per mortem Andree Fr~~ati~~ati magistri in artibus, qui in dicta curia diem clausit extremum, cuius annui redditus et prouentus secundum communem estimacionem L florenorum auri valorem non excedunt, eidem Richardo cum omnibus iuribus et pertinenciis vniuersis dignemini misericorditer prouidere, amoto etc.²⁾ et cum omnibus aliis non obstantibus et clausulis oportunitis et executoribus vt in forma. Fiat R. Et quod transeat sine alia lectione. Fiat R.

Datum Auinione idus iulii anno septimo.

¹⁾ I vänstra marginalen: L[incopensis]. ²⁾ Jfr SD 5180, not ³⁾